Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30296
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift

circumdabant [illegible] conuallium.
eo quod omnes [illegible] rubricare ca
ritatis dilectionis [illegible] & uir
ginitatis splendore candidare. ac [illegible] inual
le humilitatis enutrita. circumdent eam ue
nerationis gratia obsequentes. Et recte ergo quod be
ata dei genitrix & martyr & uirgo fuit quamuis
in pace uitam finierit. Hinc quoque quod uere pas
sa sit. Symeon propheta loquens ad eam, & tuam
inquit ipsius animam pertransibit gladius. Ex
quo constat quod alii quoque sancti. & si passi sunt pro
christo in carne. tamen in anima quia inmortalis
est pati non potuerunt. beata uero dei genitrix quia
in ea parte passa est que inpassibilis habetur.
ideo ut ita fatear. quia spiritualiter & atrocius pas
sa est gladio passionis christi. plusquam martyr
fuit. Vnde constat quia plus omnibus dile
xit. propterea & plus doluit. in tantum ut animam
eius totam pertransiret & possideret uis doloris ad
testimonium eximie dilectionis. Que quia mente
passa est plusquam. martyr fuit. Hinc uerum & eius
dilectio amplius fortis fuit quam mors. quia mor
tem christi suam fecit. Hunc autem circumdabant
eam flores rosarum. indesinenter eius admirantes
pulchritudinem inter filias hierusalem. in qua posuit
rex thronum suum. quia concupiuit speciem eius
ac decorem. fuit enim plena caritate & dilectione.
iderco sequitur post eam purpuratorum exercitus &
candidatorum grex. Quam si diligentius aspicias.
nichil uirtutis est nichil speciositatis. nichil can
doris & gratie quod ex ea non resplendeat. Et ideo
bene circumdant eam flores rosarum & lilia
conuallium. ut uirtutibus uirtutes fulciantur.
& formositas decore castitatis augeatur. Nam
omnis splendor & gloria quanto illustratur fulgo
re suo sublimius. tanto apparet prestantior. quo
libet claritate subiectorum. & eximior predicatur.
Sic & beate dei genitrici cuius plantacio ac si rose
in hiericho specialis refulsit. & candor uirginita
tis splendidius enituit. circumdata officio ca
ritatis submittitur sanctorum claritas. ut eius amplior
gloria commendetur. que super choros angelorum & super
omnes beatorum sedes eleuata iam beatissima pre
dicatur. Nam angelorum quamuis celsior natura.
non tamen maior gratia. & ipsi gratuita gratia. ne cor
ruerent sunt saluati. Vnde dauid. Verbo domini
celi firmati sunt. & s. o. ei. o. u. eorum. Quod si
spiritu dei omnis uirtus eorum constat beatam & gloriosam
uirginem in qua superuenit spiritus sanctus. & totus deus
illapsus. portabatur nouem mensibus in utero. am
pliora promeruisse uirtutum priuilegia. & perce
pisse gratiam ab angelis etiam collaudatam. Vnde
& si mirabilis est eorum uirtus & firmitas perpe
tua. mirabilior tamen in maria. quam obumbrauit

[illegible] uirtus altissimi. ut ultra omnem uirtutem
sit angelicam quod factum est in ea. & admi
rabile cunctis seculis sacramentum. ac per hoc etiam
angelis exinde maior prestatur gratia. cum in
staurantur ab eo omnia que uenerantur & ado
rant super se christum regem dominum. natum ex eadem
uirgine. Hinc & maria cunctis tanto ue
nerabilior. quanto graciosior. & quanto
uirtute altissimi extollitur ad sublimia. tan
to clarior resultat in gloria. Plena siquidem
gratia plena deo. plena uirtutibus. non potest non
possidere plenitudinem gratiam claritatis eterne. quam
plenissime accepit. ut mater fieret saluato
ris. Quam uiderunt omnes filie syon. &
beatissimam dixerunt. ac regine laudaue
runt eam. quo tantam uirgo [illegible] uiderunt eam.
quantam nullus narrando explicat morta
lium. quanto magis dominum qui tantam ac talem
fecit eam. ut ipse homo fieret per eam. Vn
de dauid. & homo inquid natus est in ea. &
ipse fundauit eam altissimus.

Beata igitur talis ac tanta natiuitas.
beata & supernorum ciuium societas. &
admirabilis karitatis eorum unani
mitas. Sed ubi nemo angelorum. nemo archan
gelorum. non dico beate & perpetue uirginis ma
rie. uerum neque aliquis alienius inuidet glorie.
sed totum in altero unusquisque possidet. quod gra
tis prestatur omnibus. ut de omnibus & in omnibus
glorificetur deus. honorificetur & adoretur ab omnibus.
ubi non sexus. non etas. non dignitas generis. sed
meritorum qualitas sola discernitur. ubi stel
la plurimum a stella differt in claritate. quam
uis omnes in suo sint ordine resuscitandi.
Quod si est alia claritas solis. & alia claritas
lune & alia claritas stellarum. tamen una
claritas est qua illustrantur omnia. Iderco be
ata dei genitrix que adhuc tantis intra
predicatur laudibus. non inmerito creditur hodier
na die exaltata & clarificata. quantum no
uit ille qui elegit eam in sua sapientia qui
disponit omnia. Quod si in domo patris
mansiones multe sunt. credimus splendi
diorem matri prestitisse. quam olim edificauit
domum subnixam. collumpnis septem. in
qua nimirum domo parantur nuptie ecclesiarum
dei. & federantur terrenis celestia. In eo namque
utero uirginis sponso immortali uirgi
nitas consecratur. ut sit totum celeste com
mercium. Et ideo hinc celebrate sollemp
niter uirginis festum. que celestem nobis
ostendit uitam in terris. quo qui non nubent
neque nubentur. erunt sicut angeli in celo.
Hec mirum si angelis comparetur uirgi